



**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia Olim
Primarij Theologiae Professoris emeriti, Opvs De Triplici
Virtute Theologica, Fide, Spe, Et ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1622

Sect. 1. An sit praeceptum eleemosynae, & quando obliget.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93448](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93448)

contrarium alteri virtuti: deinde hoc peccatum facile inducit ad directum odium proximi: ergo inde facile malitiam inducet.

DISPUTATIO VII.

De precepto Eleemosynæ.

Eleemosynæ
dicitur

Eleemosynæ nomen à Græco vocabulo *ἐλεησίν*, ortum habuit: quod idem est, ac miseri. Vnde eleemosynæ (vt communiter sumitur) est actus misericordiz, quo alienz proximi necessitati subuenitur, & rectè quidem, quanuis Augustinus in Enchiridio, cap. 76. Eleemosynam quocumque esse velit actum, quo suz ipsius necessitati quis subuenit. Est enim (inquit) Eleemosynæ opus misericordie: verisimè, dictum est. Misereere anime tuæ placens Deo. Eccl. 18. capite trigesimo. De Eleemosynâ, multa etiam præclara scripsit Sancti Patres, Cyprianus de opere, & Eleemosynâ. Basilii Concione in illud. *Destruam horrea mea*, Lucæ 12. & concione ad diuites. Nazianzenus oratione de pauperum amore. Ambrosius libro primo de officiis capite trigesimo. Augustinus in Enchiridio à capite 69. Chrysostomus in libro de Eleemosynâ. & alij quam plures quos luculenter congerit noster Canisius in opere Catechistico de Eleemosynâ. Disputant enim de Eleemosynâ Theologi cum Magistro in quarto, distinctione decima quinta, decima sexta, & quadragesima prima, cum Duo Thomæ secunda secundæ, quæstione 32. Lucipertiti in Decretis 45. distinctione. Canone. Et qui. Et Canone Triâ, & sequentibus, & distinctione 86. Canone. Non satis, & sequentibus. Scripsit ex Recentioribus de Eleemosynâ, Ioannes Medina codicem vnum. Et Nauarrus in Canon. Quisquam distinctione 42. Et Canon. Si agamus, de penitentia distinct. 1. Et in Manuali cap. 4. Sotus in deliberatione de causâ pauperum, & alij. Nos, per sequentes sectiones de eleemosynæ precepto, quod proprium huius loci est, prosequemur.

SECTIO I.

An sit preceptum Eleemosynæ, & quomodo obliget?

hinc con-
cludit.

Dico primò. Dare Eleemosynam, est in precepto naturali, & diuino, quod ex genere suo sub mortali obligat. Conclusio in genere est certa de fide Matth. 25. vbi damnantur homines ob huius precepti transgressionem: *Discedite in ignem æternum, esuri enim, & non dedisti mihi manducare &c.* Eccl. 18. 4. Eleemosynam pauperis ne defraudes, & infra. Declina pauperi aurem tuam, & redde debitum tuum. Vnde rectè Ambrosius in lib. de Nabute capite 12. Debitum (inquit) reddis, non largiri indebitum: ideoq. tibi dicit Scriptura. Declina pauperi aurem tuam, & redde debitum tuum. Et Nazianzenus oratione de pauperum amore latè probat eleemosynam in precepto esse, & in fine addit. An tu benignitatem non necessariam, sed tibi liberam esse putas? ac non legem, sed consilium? Hoc quoque ipse magnopere vellem, & existimarem: Sed me sinistra illa manus terret, & hedi, & probra, quæ in sceleros homines ab eo, à quo illic collocati sunt coniunguntur, non quia aliud quiddam exis, quæ interdicta sunt, admisserunt, sed quia Christum per pauperes minime curarunt. Et Basil. concione. in illud Diuitis, *Destruam horrea mea*, Lucæ 12. Non patuit (inquit) oportere superfluum in egenos distribuere: nullam precepti habuit rationem. Ne abstineas benefacere mopi, & Eleemosynâ, & fides non deserant te. Tob. 4. quarto. Et Frange esurienti panem tuum Isa. 58. Ratio denique huius precepti sumitur ex 1. Ioannis 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & videt fratrem suum necessitatem habere, & clausit visceres

Suarez de Charitate.

suâ ab eo: quomodo Charitas Dei manet in eo? Est enim hoc preceptum valde necessarium ad conseruandam Charitatem. Nam vt benè Nazianzenus citatus, misericordia erga pauperes est præcipua pars charitatis. Vnde constat etiam esse naturale: nam preceptum de dilectione proximi naturale est.

2. Sed vt vitentur extrema, aduertendum est, quosdam hæreticos voluisse preceptum hoc adesse esse necessarium, vt si illud solû seruetur, ad salutem sufficiat: nam (inquiunt) de illius transgressionem, & obseruationem iudicantur homines: quem errorem ex nonnullis locis scripturæ, vt Daniel 4. Tob. 12. Eccl. 18. 3. Lucæ 11. cum similibus, & ex Patribus confirmant: sed illum Augustinus refellit libro 21. de Ciuit. cap. 22. & sufficit locus Pauli prima ad Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum &c. Charitatem autem non habuero, nihil sum. Vnde constat hoc preceptum esse quidem necessarium, non tamen sufficere. Iudicantur autem homines ex illo, vel quia eius opera sunt hominibus magis nota, vel quia sunt signa charitatis, vel certe, quia possent videri hominibus hæc opera minus necessaria, quam opera iustitiæ, vel similia. Reliqua testimonia intelliguntur de pœnis peccatorum, quæ interdum in Scriptura vocantur peccata, Secundo Machab. 12. Et indicant primò obseruationem huius precepti valere plurimum ad satisfaciendum pro peccatis. Secundo intelligitur ex eisdem testimoniis, valere hoc opus ad impetrandum à Deo gratiam ad seruanda alia precepta, quod interdum per se facit, interdum per orationes eorum, qui eleemosynam recipiunt. Tertiò indicatur, hoc opus, præcipuè si ex auxilio Dei procedat, mereri coram Deo, vt excusetur ad misericordiam, & peccatorum indulgentiam. Et in his modis exponendi sunt Sancti, qui interdum etiam per exaggerationem loquuntur, ad explicandam vim huius precepti, vt videre licet in August. epist. 89.

Error hereticorum circa eleemosynam refellitur.)

Vide Bellar. lib. 4. de poenit. cap. 8.

3. Dico secundò. Preceptum Eleemosynæ obligat solum tempore necessitatis proximi. Est communis Theologorum, & cetera. Primò patet ex ratione precepti affirmatiui, cuius est non pro semper, sed determinatis temporibus obligare. Secundò ex obiecto huius virtutis, quod est miseria, & indigentia, at hæc necessitas non semper occurrat: ergo sine hac non potest obligare preceptum. Quod autem tunc obliget patet, quia preceptum est beneficentia erga proximum, & ad hanc non tenemur omni tempore: ergo saltem necessitatis tempore tenebimur. Dices, ergo tunc obligabunt duo precepta, charitatis, scilicet, & misericordiz, & extra illum articulum neutrum obligabit: ergo alterum est superfluum, aut certè quando illud homo omittit, peccat duplici peccato. Hoc argumentum inculcat iterum distinctionem misericordiz, & charitatis, quam propterea dixi ad moralia non multum referre, quia reuera preceptum vnius non obligat, nisi quando preceptum alterius: non tamen propterea sunt superflua, vnum enim est generale, aliud quasi speciale: sicut etiam erga Deum non obligat preceptum Religionis, quin obliget preceptum charitatis. Et circa proximum similiter nõ obligat iustitia, quin obliget Charitas, propria tamen malitia omissionis illius, censenda est contra misericordiam, quia illa specialiter obligat, charitas verò generali ratione.

Secunda conclusio

Obiectio

Solutio

4. Sed hic aduertendum est, hanc necessitatem proximi esse triplicem. Prima dicitur communis, qualis est in his pauperibus communibus. Secunda est grauis, vt quando homo ita indiget, vt sine graui detrimento honoris, aut salutis, aut bonorum fortunæ non possit subuenire sibi sine alterius auxilio. Tertia est extrema necessitas, quæ communiter in hac materia censetur solum euidentis periculum

M m 3 culum

solum mortis, vel etiam mutilationis membri, vel periculum incidendi in amentiam perpetuam; nos autem possumus distinguere hanc extremam necessitatem etiam in aliis bonis, ut fama, & honore. Nam aliquando est in periculo tota fama, & fortuna. In his omnibus necessitatibus versari potest eleemosynæ præceptum, non tamen æquè; sed ad intelligendam obligationem comparandæ sunt cum potestate illius, qui daturus est eleemosynam. Nam qui magis potest, obligatur etiam in minori necessitate, & sic proportionatiter.

3. Conclusio de qua præter D. Tho. 2. 2. q. 12. ar. 9. & in 4. d. 15. q. 2. art. 6. alii plures eo loco Magistri, item Summiste verbo eleemosyna. Quorundam error relictur.

5. Dico tertio, præceptum hoc se extendere ad omnem proximum in necessitate constitutum, siue propinquus sit, siue alienus, siue peccator, siue iustus. Est de fide Tobie quarto. *Noli auertere faciem tuam ab illo paupere*, & supra vidimus præceptum charitatis se extendere ad inimicos, & expressè Prouerbiorum 25. *Si esurieris inimicus tuus ciba illum*. Unde excluditur error VValephii, & aliorum hæreticorum apud VValdensem lib. 2. doctrin. cap. 81. dicentium, hoc præceptum non obligare erga infideles, & homines impiissimos, quem latè improbat Augustinus, Chrysostomus, Hieronymus, & alij Patres. Quod si Gregorius ait lib. 5. epistola vigesima nona, & refertur 86. cap. fratrum non esse elargiendam eleemosynam peccatoribus, intelligendum est formaliter hoc est in ordine ad fouendam illorum salutem. Unde Ambrosius lib. 1. offic. capite 30. *Si luxurioso ad luxuriam, adultero ad adulterium largiendum putes, non est beneficentia ista, ubi nulla est beneuolentia*.

4. Conclusio.

D. Tho. vide etiam potest. 2. q. 13. art. 2. ad 4.

6. Dico quarto. Non tenetur homo querere quibus eleemosynam faciat, sed satis est si presentibus, vel iis, qui ad eius notitiam peruenierint, subueniat. Ita D. Thomas quodlibet 8. articulo duodecimo & alij. Ratio est, quia non est expressum præceptum de hac re, neque vlla sufficiens ratio, cur ad hoc obligemur, cum tamen opus sit grauissimum. Item quia ad pauperes spectat necessitas em ostendere, & peccare. Oportet tamen, ut bona fide aliquis procedat, neque occasiones fugiat subueniendi necessitatibus proximorum. Intelligitur verò conclusio de personis omnino priuatis. Nam qui gerunt Reipublicæ curam interdum tenebuntur non tam hoc præcepto, quam iustitiz, & officij, quia illud necessarium est ad convenientem Reipublicæ gubernationem, in qua multæ indigentiz occurrunt, quibus aliter providi non potest.

Quoniam necessitatis certitudo obliget ad eleemosynam.

7. Quæres, quanta certitudine consistere debeat hæc necessitas. Responderetur, si tantum habeatur ex dictis aliorum sufficere eam auctoritatem quæ faciat probabilem fidem. Si verò oculis videatur, licet sæpè soleat fingi, tamen quando id non constat, præsumendum est esse veram necessitatem, quia & securius est, & in fauorem proximorum potius est declinandum. Unde rectè Augustinus epistola 149. *In suscipiendis hospitiis melius est interdum malos hostes persequi, quam foras per ignorantiam bonos excludere*. Sed quid si appareat necessitas, non tamen ex indigentia, sed ex voluntate profecta? Communis casus esse solet, si avarus potius se mori permittat, quam expendere velit in medicos, vel in res necessarias sua bona, An teneatur quis illi providere? Ratio dubii est, quia tunc non est necessitas, sed prava voluntas. Adriani in 4. in materia de Correct. fraterna affirmat, cum Glossa in cap. 1. distinct. 43. addit tamen posse eum, qui talem eleemosynam facit, recuperare, quæ dedit, si possit sine scandalo: sed distinguendum est, nam quando huiusmodi affectus accidit ex vehementi quadam passione, quæ ferè dementiz comparari potest, tunc procedit hæc sententia, sicut etiam tenetur subuenire ei, qui ex ingenti tristitia se vult in-

An teneatur quis subuenire voluntarie alterius indigentiz.

Adriani responsio.

terficere. Ratio est, quia licet admisceatur prava voluntas, tamen humano modo, est vera necessitas. Sequi verò esset si quis ex pura malitia id faceret, ut infra agendo de ordine eleemosynæ constabit.

8. Dico quarto. Occurrente necessitate non tenetur omnino facere eleemosynam, nisi sit extrema, hæc vltima pars per se constat. Nam illa necessitas est, quæ maxime potest vigere. Intelligitur tamen, nisi occurrant multæ similes necessitates, & non possim omnibus subuenire; tunc enim datur optio, seruato ordine charitatis. Addendum etiam nisi euidenter seiam alium subuenturum prius, quam proximum periculum patiarur: nam tunc non erat extrema necessitas simpliciter respectu meæ eleemosynæ. Prior pars probatur, quia quando necessitas non est extrema, non ita urget, quin possit quis suam eleemosynam alius seruire, quod in communibus necessitatibus facile est intelligere; in grauibz verò oportet prudentia uti, nisi proximus interim nimum pariat; item ne grauior necessitas propter minus grauem omittatur: in quibus omnibus ordo prudentiz, & charitatis seruandus est.

9. Quæres: An hoc præceptum obliget tantum circa alienas necessitates, an etiam circa proprias. Res, ostenditur maxime ad has obligare, quia, vt supra diximus, etiam ipsemet homo continetur in obiecto charitatis, & eleemosynæ, quia sibi est maxime coniunctus. Quare rectè Augustinus in Enchiridio cap. 76. *Qui vult (inquit) eleemosynam ordinatè dare à seipso debet incipere, & eam sibi primo dare*. Vnde obiectum debet esse aliud, An si alicui comit. Difficultas cap. 10. tantur peruenire ad eleemosynas, possit ex illis suæ veræ necessitati subuenire Syluester enim, & Angelus verbo, *eleemosyna*, dicunt non posse: argumento cuiusdam legis. *si mandauero, & si tribuerim, si mandati. Sed certum mihi est posse facere*; quod tenet Caietanus 2. 2. quæst. artic. 9. nam illa est vera eleemosyna. Item ipsi concedunt posse dare maxime propinquis, consanguineis, & filiis, cur ergo non sibi? Item expletur voluntas donantis cum datur verè egenti, nisi contrarium apertè explicet; ergo. Inferes, ergo si alicui in confessorie imponatur eleemosyna in penitentiam, satisfacere subueniendo suæ necessitati; neganda est consequentia, id enim est contra intentionem imponentis, neque ille adus sibi subueniendi est penalit, qualis imponitur in satisfactione. Unde si ipse ita indigeret, vt non posset commodè dare eleemosynam, excusaretur quidem; verè tamen penitentiam impostam non adimpleret, nec satisfaceret ex opere operato.

DISPUTATIO II.
Ex quibus bonis facienda sit eleemosyna, & à quibus fieri debeat.

1. Dico primo. Eleemosyna facienda est ex bonis propriis, quorum aliquis est Dominus, vel habet legitimam, & absolutam administrationem. Est certa, & constat Prouerb. 3. *Si ualer, & ipse benefac, & honora Dominum de tua substantia*, & Isaia 58. *frange esurienti panem tuum*. Idem etiam Patres. Ratio est quia non licet alicui dispensare aliena; item per eleemosynam transfertur dominium, vt ex sectione 5. intelligitur, ergo vel à Domino, vel ex potestate Domini. Aduertendum autem prosequenti conclusionem, interdum non satis esse habere dominium, sed oportere etiam illud non habere impeditum legibus humanis, à quibus, & translatione dominiorum, maxime pendet rerum temporalium administratio.

2. Hinc statuitur secunda conclusio personæ aliis subditæ, quæ vel dominium non habent, vel non

Temperantia

4. Conclusio

An præceptum eleemosynæ obliget etiam in quibusque circumstantiis.

Difficultas

Infinita dilata.

Conditio

Conditio

Conditio